

quens erat in cibis, & Sacrificiis, immunda vero, quæ a cibis, & Sacrificiis arcebantur, ergo &c.

XXXVIII. Respondet, animalia ante diluuium dicta fuisse, & diuisa in munda, & in immunda quoad usum Sacrificiorum: quæ enim in Sacrificiis assumentur, dicebantur munda; quæ a Sacrificiis arcebantur, immunda reputantur. Quamvis enim dicitur animalium mundorum ab immundis præsertim demum legatur sub Moyse. Legit. 11. nihilominus etiam ante Legem, immo ante diluuium, partim Dei iustitiam, partim traditione Majorum, ea, quæ Sancti prædecessores diuinitus illuminati idonea iudicauerant ad Sacrificium de ipsis Deo offerendum, munda dicebantur, immunda vero, quæ non esse apta ad Sacrificium existimantur. Non autem munda dicebantur, vel immunda quoad usum ante diluuium, immo nec statim post diluuium. Hinc S. Thomas 1. 2. q. 103. art. 1. ad 4. Distinctio (inquit) mundorum animalium, & immundorum non fuit ante Legem quantum ad usum, cum dictum sit Gen. 9. Omne, quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum: sed solum quantum ad Sacrificiorum ablationem, quia de quibusdam determinatis animalibus Sacrificia offerantur. Si autem quantum ad usum (subintelligit post diluuium) erant aliqua animalium distinctio; hoc non erat, quia usus illorum reputaretur illicitus, cum nulla lege esset prohibens, sed propter abominacionem, uel consuetudinem: sicut & nunc uideamus, quod aliqua cibaria sunt in aliquibus terris abominabilia, quæ in aliis comestuntur. Quod docuerat etiam Chrysostomus Homil. 24. in Gen. XXXIX. Sed dices, Cur ex mundis animalibus feræ iuste Deus in Arcam adduci, & ex immundis tantum duo? Nisi ut Noe, & familia ejus (duobus, masculo, & femina exceptis, qui ad propagationem referbantur) essent in escam pro tempore, quo in arca erant moraturi.

XL. Nego tamen, hanc fuisse causam. Propterea igitur de omni specie mundorum animalium septem, tres scilicet femellas, & quatuor masculos referri uoluit Deus; ut scilicet unum par maris, & femine esset ad propagationem, fecundum par ad Sacrificia post diluuium offerenda; tertium ad usum hominum post diluuium; masculus uero, qui solus supererat, erat pro Sacrificio statim a fine diluuii offerendo, quod a Noe legitur factum Gen. 8. v. 20. Diei etiam postea, plura de mundis animalibus fuisse introducta in Arcam, etiam ut aliqua erum essent Noe, & filii ejus in usum, ac cibum Deo concedente illi specialiter, quod statim toti humano generi concessurus erat. Ita uidetur sentire S. Chrysostomus, qui esto, ut supra uidimus, initium edendarum carniū post diluuium asserit cognoscisse; Homilia tamen 24. in Genes, dicit: Plura quidem præcepta ex mundiis introduci, ut iustus ille, & qui cum illo erant, ex illorum usum aliquam consolationem acciperent.

Verum bene consideranda sunt ea, quæ Chrysostomus subdit, nimirum, Deum iustissime septena numero impari introduci, cum enim sciret Noe iustum ab Arce incommodis, & diluuii periculo liberatum, pro gratiarum actione hostias, & Sacrificia oblaturum, ut ne hoc faciendo mutaret paria, idcirco Dominus, & iusti septena, & septena introduci ex singulis uicium generibus, ut cum essent uiciorum interitus, & suam mentem declaret, paria uoluntatem, exterminare animalium non leuaretur, ingredienda fuerant, non ut in cibum ex parte absumerentur, sed ut intacta referuarentur, unico excepto, quod erat in Sacrificiis offerendum.

Quemadmodum ergo S. Aug. q. 7. in Gen. uetus existimat, leones, aquilæ, & cætera animalia carnioora, dum in Arca fuerint, animalium carnisu paria fuisse, sed aliis cibis eis convenientibus Deo disponente, & Noe præparante: ita & ipsum Noe cum suis in Arca positum, animalium quidem pacificorum, ac mundorum consuetudinem habuisse; ea tamen ad comedendum non usurpasse, sicut prius.

XLI. Sextum fundamentum est. Stanimalia mactare ad usum nefas fuisse, his multiplicatis, maximum extitisset periculum ualationis segutum, maxime ab animalibus ferocibus, & rapacibus.

XLII. Resp. hanc instantiam locum habere etiam in aduersa opinione. Nam Antediluuiani homines animalia ferocia, & rapacia certe non mactabant ad comedendum; ergo his multiplicatis maximum extitisset periculum ualationis segutum.

Deo, huic incommodo prouidentem fuisse quoad animalia feræ, & rapacia uenatione, & aucupio, cui filios Cain maxime deditos fuisse, credunt multi. Immo & de Lamech traditur, quod dum uenationi indulgeret, putans se occidere feram, occiderit Cain inter uirgula latitantem. Quam traditionem a Maioribus acceptam refert Sanctus Hieron. Epist. 145. ad Damasum, modo tom. 2. inter Epist. Criticas 2.

Quoad animalia uero mansuetæ, domestica, & quorum carnes postea in usum alimentum uenerunt, eidem periculo prouidentem fuisse existimo. Tum quia non ita uniuersalem ab eorum carnisu abstinenciam apud homines fuisse, dixi, etiam ante diluuium; quin multi, siue forte maxima pars, naturæ corruptione in dies inualecente, carnes ad ingluuiem vorarent. Tum quia homines, qui religiose a carnisu temperabant, minus solliciti erant in eorum multiplicatione curanda, sed solum tantum, quantum fat erat Sacrificiis, indumentis, & etiam lacte ex his comparandis, quo fiebat, ut multa nullo Cultore errarent, & a lupis, aliisque feris discerperentur. Quibus accedebat diuina prouidencia, quæ sicut feræ non adeo multiplicari sinit, ut homini uicibus infidentur, sed eas in montibus, ac desertis locis continet; sic & animalia cætera ante diluuium multiplicari permittebat, quantum usui humano pro eo tempore necessaria erant. His responso patet fundamentis Natalis Alexandri, aliorumque oppositum opinantium. Ponderet Lector prudens, quidque sibi magis placuerit, eligat.

QUESTIO VII.

De peccati Originalis existentiâ.

PECCAVIT ADAM, ut uidimus, frangens præceptum, sed non peccauit solus; in ipso enim peccante omnes peccauerunt, omnes enim ejus peccati infecti sumus. Ex enim peccatum (inquit Aug. Serm. 4. de verb. Apost. nunc serm. 153. cap. 11.) non forte mansit, sed pertransiit. Ex canolo fonte omnes rivi, qui ab eo defluunt, eodem cæno fordizati oriuntur. Cum enim fuerit peccatum non solus personæ, sed totius humanæ naturæ capitis, forde, qua ipse pollutus fuit, rotam infecit, ac fordizauit naturam, quæ ex ipso seminali propagatione erat traducenda. Quare iure uocatum fuit peccatum originis, quia origine contrahitur; & distinguitur in originale originans, & originale quasi originatum. Illud est ipsum Adæ peccatum, quatenus fuit causa transfusionis sui ipsius in Posterum. Illud uero est ipsum peccatum, ut per originem transfusum in Posterum; & hoc proprie uocatur originale, quia origine contrahitur. Et hoc præcipue fermo erit in hæc, & sequentibus questionibus, quæ primo intelligebantur, an sit, & quomodo propagetur. Deinde quid sit. Tertio quæ erummas in uniuersum genus humanum induxerit. Quarto quibus poenis post hanc uitam puniatur.

DE VERBIS.

An omnes Homines de fallo contrahant Originale peccatum.

S. I.

Errores recentiorum.

ANTI ponderis, & momenti est hujus dubii determinatio, ut ex peccati originali assertione plures fidei articuli firmetur, qui, eo sublato, evertuntur. Unde D. Aug. lib. 1. contra Iulianum c. 6. Quisquis (inquit) in Christiana fide uult labascare quod scripsum est: Per hominem mors, & totum, quod in Christum credimus, auferre molitur. Et lib. de peccato originali postquam c. 23. proposuit varias questiones, in quibus salua fidei ueritate licet alterum opinari, c. 24. subiungit: Sed in causa duorum hominum, quorum per unum ueniam datus sumus sub peccato, per alterum redimimur a peccatis; per unam præcipit summe in morem, per alterum liberamus ad uitam; quomodo ille uos in se perdidit faciendo uoluntatem suam, non ejus, a quo factus est ipse uos; in se saluus facti; non faciendo uoluntatem suam, sed ejus, a quo missi est: in hunc ergo duorum hominum causa propria fides Christiana consistit. Sedulo igitur pertractanda est, & pro merito discutienda, & stabilienda.

II. Primus, qui sæculo quarto aduersus peccati originali traduchonem mustitare cepit, fuit Rufinus Presbyter. In Actis enim Concilii Cartaginensis contra Cælestium, quæ refert S. Augustinus lib. de peccato originali c. 3. Interrogatus Cælestius, quibus magisteris hunc errorem didicisset, respondit: Sanctus Presbyter Rufinus, Roma qui mansit cum Sancto Pammachio, ego audiui illum dicentem: quia traduxit peccati non sit. Hoc idem de Rufino asserit Marius Mercator in Commentario aduersus hæresim Pelagii, dicens: eum fuisse, qui hanc inopiam, & non minus inimicam ueræ fidei questionem, sub sanctæ recordationis Anastasio Romano Ecclesiæ Summo Pontifice, Romam primus inuexit. Quia uero Mercator hunc Rufinum dicit natione Syrum, suspensus reddidit Eruditus; an ille Rufinus fuerit celebris Aquilejensis Presbyter, ac Monachus a S. Hieronymo in Chronico ad ann. 377. recentius, Origenis acerrimus defensor, ac Pelagiani dogmatis præformator; an uero alius persona, & patria dilucidus. Natalis Alexand. Scul. 4. hist. Eccl. t. 6. art. 33. Aquilejensem fuisse contendit, cui errorem hunc inter familiares quidem docuit, sed non prodidit. P. Garnerius autem, & Maurini, alium nempe Syrum fuisse autumant. Huic tamen Controuersiæ nos immiscere, instituti nostri non est.

III. Parro qui contra peccatum Originale in apertum prodidit, fuit Pelagius, acerrimus diuine gratiæ hostis (cujus personam, patriam, mores, erroremque superius descripsimus Tract. de Præd. q. 3. Dub. 1. S. 1.) quem secuti fuerunt ejus discipuli Cælestius, Julianus &c. Horum ergo capitale dogma, & ueluti cæterorum basis erat: Progenitus humani generis Adam, & Eua mortales a Deo creati, nec quemquam uisitorum sui prauaricatione transgressi lesisse; sed sibi carum uocasse, sequè mandati uocè apud Deum scilicet, alterum poenis nullis. Hominesque esse peccatores imitatione, non origine, & propagatione. Hæc paucis mutatis Mercator in Commento.

IV. Cælestius uero publicè ausus est hunc suum errorem per quinque sententias explicare, idest:

Adam mortalem factum, qui sine peccato, seu non peccaret, fuisset mortuus.

Quoniam peccatum Adæ ipsum solum læsè, & non genus humanum.

Quoniam infantes, qui nascuntur, in eo statu sunt, in quo fuit Adam ante prauaricationem.

Quoniam neque per mortem Adæ omne genus hominum moritur; quia neque per Resurrectionem Christi omne genus hominum resurgit.

Quoniam infantes, etsi non baptizentur, habent uitam æternam.

Quæstio VII. De Peccati Originalis, &c.

Ita Marius Mercator inquit, unam, impiamque sententiam complectuntur.

V. Ex his inferebant primo Pelagiani. Concupiscenciam, & libidinem non esse malum. Unde ipsos patronos impudentissimos libidinis uocat S. August. lib. 3. contra Iulian. c. ultimo.

Secundo. Ignoranciam, & difficultatem, sine quibus nullus homo nascitur, primordia, non supplicia, dicentes esse naturæ. Ex S. August. lib. de dono perse. c. 11.

Tertio. Oblitiuonem, & ignoranciam non subjacere peccato, quoniam non secundum uoluntatem eueniunt, sed secundum necessitatem. Quam propositionem cum Pelagiani assererent de quacumque ignorancia, non solum inuincibili (ut perperam existimat Janfenius) sed etiam uincibili, quæ aliquomodo inuoluntaria, & necessaria dici potest in se; ideo tamquam error a Palæstinis Judicibus, teste S. Aug. lib. de Gest. Pelagii cap. 18. reputatur.

Quarto. Mortem, cæteraque humanæ uitæ miseria peccati poenam esse indicantur. Ita S. Aug. lib. 2. Oper. imperfectorum contra Iulian. c. 136. Pelagianos increpans, ait: Quam miseria uos cum sine nullo peccato accideretis parulis, injuriam Deum uos non facitis.

Quinto. Parulis sine Baptismo morientibus uitam æternam promittentem, extra tamen regnum Cælorum quod solis baptizatis tribui asserent. Hoc testatur Sanctus D. I. de Hæres. c. 88. dicens: Promittitur eis extra Regnum quidem Dei, sed non uiam æternam, & beatam quamdam uitam suam. Et lib. 1. de Anima, & ejus origine cap. 9. Non baptizatis parulis nemo promittit iter damnationem, Regnumque Cælorum quieti, uel sollicitati conuulsi, etque uulnibus quasi medium locum. Hoc enim eis etiam hæresis Pelagiana promittit. Pelagianis tamen impior fuit Caluinus, qui fatetur originale peccatum, & tamen pueros ex fidelibus ortos, etsi ab ipso baptismo decedant, in Regnum Cælorum admitti lib. 4. Instit. c. 15. S. 20. quem sic redarguit Augulinius citatus: Iste autem cum consuetudine parulis originali obstrictis esse peccato, eis etiam Regnum Cælorum non baptizatis ausus est polliceri: quod nec illi ausu fuit, qui eos asserunt sine ullo profus esse peccato. Ecce qualibus se laquei præsumptionis inuolat.

VI. Errorem hinc Pelagianum, Augulini, & Africanorum Anathematum opera excludunt, Constantino III. Heraclii filio imperante, ac Theodoro Pontifice circa ann. 640. excommunicati Armeni credentes, Adamum sibi tantum nocuisse, paruloque ex parte Adami nullam contrahere culpam, seu poenam. Fatebantur tamen, Baptismum esse ipsi necessarium, ad uitam æternam consequendam, sine quo paruli eam non consequerentur; non quidem propter peccatum originale, sed propter priuationem gratiæ, quæ in parulis sola gratia baptismali tolli potest. Hoc tamen addebant discernim inter parulos morientes sine baptismo; quod si filii fidelium sint, collocentur in Paradiso terrestris; si autem infidelium, ac hæreticorum, in Infernum cum parentibus suis detranduntur.

VII. Sæculo octauo, an. 716. Constantino VI. Imperatore, & Leone III. Rom. Pontifice, Albanenses inter multos turpissimos errores, hunc quoque adoptarunt, nimirum, peccatum originale nihil esse, ideoque parulos nulla originali læsione maculatos nasci, aut Baptismo egere. In hoc luto sæc. 13. anno 1216. Frid. II. Imperatoris, & Innoc. III. temporibus turpiter hæretice Albigenis; Baptismum cum inutilem, & superuacaneum respicientes; eo quod nullum hominem peccasse in Adam existimarent.

VIII. Ex Hæreticis uero recentioribus hac eadem fuligine tincti fuerunt Hulticus Zuinglianus Canonicus Constantiensis, qui anno 1525. uetum hæresim innovator factus, hac etiam ex Pelagio docuit de peccato originali, quod fit tantum naturæ moribus, non peccatum. Item Joan. Westphalus Germanus Doctus, & Concionator insignis habitus sub Carolo V. Imperatore, & Clemente VII. Pontifice; Secta Lutherana, eulgarer caput anno 1533. inter alia nullum esse peccatum originale, nec parulos recens natos, aut conceptos illud contrahere, nec credendum esse Augulino hoc asserenti: putabat enim peccatum in homine esse non posse, nisi uoluntaria commisionem.

IX. Sociniani tandem, quorum originem, & errores supra Tom. 4. Tract. de Trinit. q. 1. Dub. 1. S. 1. n. 14. & Dub. 2. S. 1. n. 6. qui hodie per Hollandiam, Angliam, aliasque infædæ nationes grassantur, Trinitatis Mystero everso, Christo diuinitate spoliato, Ecclesiæ a suis cardinalibus euulsa, in peccatum quoque originale insurgunt, dicentes primo, Hominem ante lapsum non fuisse immortalitate donatum; nec mortalitatem, neque mortem naturalem per peccatum intrasse in Mundum, sed moriendi necessitatem, & mortem æternam.

Secundo. Iustitiam originalem in primo homine nullam fuisse.

Quarto. Baptismum non esse præceptum, nec necessarium, nec eo ritu infans regenerari. Hæc, aliæque ex Socino Sectæ auctore refert Alexander nosser Hist. Eccl. sec. 15. & 16. c. 2. art. 12. S. 4.

X. Præterire non possum, inter negantes ab Adam trahi peccatum originale; ante Pelagianos fuisse etiam Manichæos, alio tamen principio motos: quia nimirum carnem putabant ab initio malam, animam uero colligationem cum carne coinquinari. Ita S. Augul. lib. 4. contra Epist. Iudæam. cap. 4. dicens: In eo Jæne, quod dicitur (Pelagiani) per Adam mortem ad nos transisse, non crimina, non habent aduersarij Manichæos: quia nec ipsi adstruunt originale peccatum esse hominæ primo prius puro, & uero corpore, ac spiritu, & postea per arbitrium liberum deprauato, deinceps in omnes cum morte transisse, & transire peccatum, sed carnem dicunt ab initio malam de malo corrupti Theol. Tom. 1.

pore, & a malo spiritu, & cum malo spiritu creatam; animam uero bonam, partem scilicet Dei, pro uicibus iniquitatis: sua per cibos, & potum, in quibus antea colligata est, uenire in hominem, atque ita per concubium carnis uinculo alligari. At per hoc Manichæi consensuunt Pelagianis, non crimem primi hominis transisse in genus humanum, neque per carnem, quam nunquam dicunt fuisse bonam, neque per animam, quam perhibent cum meritis iniquitamentorum suorum, quibus polluta est ante carnem, uenire in hominem carnem.

XI. Ecclesiæ tamen Catholica quouis sæculo peccatum originale confessæ est; illudque negantes tamquam Christianæ fidei evertores anathemate detestata est. De hoc Catholico dogmate tractat D. Th. 1. 2. q. 81. 82. & 83. Quia uero nobis propositum fuit omnia huic tractatui ingerere, quæ ad hominem, ejusque status pertinent; ideoque peccati originali existentiam hoc dubia, & cætera, quæ de ipso disputari solent tum inter Catholicos, & hæreticos, tum inter Catholicos ipsos, discutimus.

S. II.

Existentiâ Originalis peccati ex Scripturis.

XII. Hanc ueritatem utrumque Testamentum Vetus, & Nouum manifestat. Primum testimonium ex Veteri sumitur ex illo Genes. 17. v. 14. Masculus, cuius præputium circumcisæ non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia passum suum irritum fecit. Quæ ponderans D. Augul. l. de pecc. origin. c. 30. Quid enim (inquit) mali, quasi, parulus propria uoluntate commisit, ut alio uigilante, & cum non circumcidente, ipse damnaretur, damnatione iam serua, ut peccat anima illa de populo suo? Neque enim temporalis mortis metus incussus est, cum de iustis, quando moriebantur, inter poenas dicebatur, & appositus est ad populum suum, uel appositus est ad Patres suos: quoniam deinceps hominæ nulli contracto formidatur, quæ illum separare a populo suo, si populus ejus ipse est populus Dei. Et c. 31. pergit dicens: Quid sibi ergo uult, pro nullo proprio uoluntatis admisso, tanta damnatio? Neque enim sicut nonnulli secundum Platonicos opinantur, hoc uniuersumque infantis anima redditur, quod ante istam uitam sua uoluntate commisit, cum haberet hoc corpus, uel bene, uel male liberum uicium arbitrium; cum Paulus Apostolus aperissime dicat, nondum natus nihil illa hereditate panitur, nisi quia perinet ad uicium prohibitionis; & iuste intelligitur ex Adam natus antiqui debiti obligatione dampnatus, nisi ante fuerit, non secundum debitum, sed secundum gratiam liberatus.

XIII. Secundum testimonium exhibet Job 14. v. 4. qui secundum Versionem Ixx. Nemo (inquit) mundus a forde, nec infans, cuius est unius diei uita super terram. Et secundum Vulgatam sic ad Deum ait: Qui potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es? Quænam, quæso, est fordes, a qui nec infans unius diei mundus est, nisi ea, quam contraxit, quia semine immundo immunditia culpe conceptus. Hanc enim solus Deus potest abtergere, fordes namque corporis diluere homines possunt.

XIV. Tertium exhibet David Psalm. 58. v. 7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum; & in peccatis mater me mater mea. Vel, ut ueritè S. Hieronymus, in iniquitate conceptus sum; & in peccato peperit me mater mea. Porro quænam est iniquitas, in qua fit conceptum, quodnam peccatum, in quo fit paruum fuisse dicit David? Certe non personale parentum, cum ex sancto conjugio fuerit conceptus, non fornicatio, aut adulterio; ergo fuit peccatum origine contractum ab Adam. Propterea Sanctus Augulinius enarrat, in præfatum Psalm. Suscepit (inquit) personam generis humani David, & attendit omnium uincula, propagationem mortis considerans, originem iniquitatis, & ait: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Namquid David de adulterio natus erat, de Jussu uero Jussu, & conjugio ipsius? Quod est, quod se dicit in iniquitate conceptum, nisi quia trahitur iniquitas ex Adam? Etiam ipsum uinculum mortis cum ipsa iniquitate contractum est. Nemo nascitur, nisi trahens poenam, trahens meritum poenæ.

XV. Ex Novo testamento primum ac præcipuum dat Paulus Rom. 5. v. 12. dicens: Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc Mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Ex quibus ita discurro. Per unum hominem in hunc Mundum intravit quoddam peccatum, quod omnes homines fecit peccatores, & morti obnoxios; ad hujusmodi peccatum nequit esse in unoquoque actuale, seu actuali uniuersumque uoluntate commissum, quia non dixisset Paulus: Per unum hominem intravit, sed dixisset: Per unumquemque intravit; quilibet enim esset auctore peccati, & mortis suæ, quod tamen est falsum: cum infantes morti sint obnoxii, & sæpe moriantur, antequam quicquam mali, aut boni propria uoluntate egerint; ergo est peccatum, quod ab uno in omnes una cum morte pertransiit. Hic autem unus debuit esse omnium hominum primus, nempe Adam, alias non in omnes homines ab illo peccatum, & mors pertransiit. Peccatum autem, quod ab uno primo in Posterum pertransiit, non alia uia, quam originis transit; quia cum peccante illo, omnes in eo peccauerunt, peccatum ipsius uelut capitis in omnia membra diffunditur. Unde ait Paulus: In quo omnes peccauerunt.

XVI. Ut uim hujus Paulini testimonii, quod mire præmehantur, euaerent Pelagiani, respondebant: reuera per unum, nempe Adamum, peccatum intrasse in Mundum, & in Posterum pertransiisse, non origine, & propagatione, sed imitatione.

Ita ut, Adam peccando, viam peccandi Posteris suis aperuit, eoque exemplo suo ad peccatum pellexerit. Non vero ita, ut peccatum primi Parentis in nobis sit, nosque peccatores efficiat: ideoque nullum in nobis ex Adamo originale peccatum derivari negabant.

XVII. Sed hanc responsum esse contra mentem Apostoli, pluribus modis aperte ostenditur. Primo. Nam Paulus ibi v. 17. 18. & 19. antithesim constituit inter Adam & Christum, quod sicut per Adam delictum mors regnavit per unum: sic per unum delictum unius hominis peccatores constituti sunt multi. Ita multis magis abundantiam gratia, & donatio- nis, & iustitia accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum: sic & per unum iustitiam in omnes homines in iustifi- cationem vitam: ita & per unum obedientiam iusti constituentur multi. Et igitur modo per unum hominem Adam (dicit Paulus) inventum esse peccatum in homines, sicut per Christum collata iustitia est: sed iustitiam a Christo imitatione so- lam acceptam nemo dixerit. Nam & veteres Sancti, qui Christum proecesserunt, ideoque non potuerunt eum imitari, iusti- tiam tamen suam Christo acceptam referunt; & parvuli, qui Christum sicut non cognoscere, sed carnali generatione, sicut a Christo iustitia spirituali regeneratione transfunditur. Et hoc est consi- tum peccatores per inobedientiam Adæ, sicut constituitur iusti per obedientiam Christi, ut dicit Paulus.

Secundo. Si peccatum intrasset in Mundum per Adam, quia precise fuit primus inter homines, qui peccavit, & aliis de- dit exemplum peccandi; pari ratione debuisset dicere Paulus iustitiam intrasse in Mundum per Abel, quia Abel primus fuit inter homines, qui iustitiam coluit, & exemplum alius dedit eum imitandi; & per Abraham iustitiam fidem in Mundum, quia exemplo suo omnibus in fide pravit, unde Pater crea- turæ dicitur esse. Et tandem dicere debuisset, peccatum in- trasse in Mundum per Diabolum, quia primus fuit, qui pec- cavit, & quem peccando etiam ipse Adam imitatus est. Ita S. Aug. Epistol. 157. alias 89. ad Iulianum cap. 3. his verbis: Si quemadmodum illi dicitur, propterea ista commemorasset Apo- stolus, ut intelligeremus, ad primum hominem peccatores ideo per- tinere, quia non delictum ex illo nascendo traximus, sed eum imitando peccamus; Diabolus prius peccaverit, qui & primus pec- cavit, & de quo nullam substantiam propaginem traxit genus hu- manum, sed eum sola imitatione scitatum est. Unde dicitur (Job. 8. 28. pater impiorum, sicut nosse dicitur pater Abraham pro- pter imitationem fidei, non propter originem carnis. Nam ideo de ipso Diabolo dictum est (Sapient. 2. 25.) Imitantur autem il- lum, qui sunt ex parte ipsius. Deinde si propter imitationem hoc loco Apostolus commemorasset primum hominem, quia primus peccatum in hominibus, fecit; ut ideo ad illum omnes homines peccatores diceret pertinere; cur non Sanctum Abel posuit, qui primus in hominibus iustus fuit, ad quem iusti omnes propter imitationem iustitiam pervenerunt? Sed iustus Adam, contra quem omnes Apostolus, de quo dicitur, peccatum intravit in Mundum; aut in illo peccato, aut certe in morte... Quodlibet ergo ali- quod aut enim in illo homine peccaverunt omnes, & ideo dicitur esse, quoniam quando ille peccavit, in illo erant omnes; aut in illo peccato peccaverunt omnes, quia generavit omnium factum est, quod nascendo trahitur erant omnes; aut restat, ut dicatur, quod in illo morte peccaverunt omnes. Sed hoc quemad- modum posse intelligi, non plane video. In peccato enim me- morantur omnes, non in morte peccant. Nam peccato precedente mors sequitur, non morte precedente peccatum. Sicut venenum si bibitur, appellatur peculum mortis, quod ex piculo facta sit mors; non quod morte sit piculum factum, aut a morte sit- rum. Quæ Augustini dicta bene notanda sunt, omnes enim Contrariorum evasiones præcludunt.

XXVI. Secundum ex novo Testamento pro hac Catholica veritate argumentum sumitur ex eodem Paulo 2. Corinth. 5. v. 14. & 15. Si unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mor- tui sunt; & pro omnibus mortuus est Christus. Quibus relatis; Nega igitur (inquit August. Juliano l. 6. c. 9.) Christum esse pro parvulis mortuum, ut eximias eos de numero mortuo- rum, hoc est de consilio peccatorum. Qui fieri potest, ut res arbitrii conditionem seminum miscetur? Si fieri non possit, non efficit, unde parvulus nondum de corpore egressus mortuus dicitur- mus. Quia si Christus & pro ipse mortuus est, ergo & ipse mor- tui sunt: quoniam si unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt. Anulise Juliano? Hæc Apostoli verba, non mea sunt.

XXVII. Tertium ex eodem deponitur ad Ephes. 2. v. 3. Et eramus natura, hoc est a nativitate, & origine, sicut ita, hoc est ite divine obnoxii, propter peccatum, quod cum na- tura traxit ex Adam: Sicut & ceteri ex Adam prognati gentiles. Super quæ D. Th. lect. 1. Eramus (inquit) natura, id est per originem natura, non quidem natura ut natura est, quia sic bona est, & a Deo, sed natura ut vitiosa est. Filii ite, id est vitiosissimi, pæna, & servitus; hoc sicut ceteri, id est gentiles. Hoc testimonio de victum fatetur Calvinus ipse in Comment. hujus loci dicens: Lotus est insignis adversus Pela- gianos, qui tunc peccatum originale negant. Nam quod natura- liter inest omnibus, id certe originale. Naturaliter vero non omnes damnationis obnoxii Paulus docet; ergo peccatum in nobis heret, quia Deus non damnat innocentes. Pelagianis cavillaban- tur, peccatum ab Adam in universum humanum genus propa- gatam esse, non originem, sed imitationem: sed Paulus nos cum peccato signi restatur: quemadmodum serpentes suum venenum ex utero afferunt.

Quia vero Pelagianis reponant, vocem græcam, pro quo- rum

stitia ipsa derivetur: ita ex Adam non solus peccati effectus, sed peccatum ipsum in omnes transfunditur: hoc enim est constitutum peccatores, sicut est constitutum iustum.

XXI. Contra secundo, Paulus dicit, per unum hominem peccatum intravit in Mundum, & per peccatum mors; ac si nomine peccati intelligeretur non peccatum ipsum, sed effectus peccati; nimirum vel mors, vel pronitas ad peccandum, fieret sensus incongruus, vel falsus. Nam si per peccatum, sumatur mors; sicut sensus: Per unum hominem mors introiit in Mundum, & per mortem mortis, qui sensus incongruus est. Si vero per peccatum sumeretur pronitas ad peccandum, sic- ret sensus: mortem ex propensione ad peccandum natam esse, qui sensus omnino falsus est. Non enim propensionis ad peccandum, sed peccati si pendens mors est (ait Paulus Rom. 6. v. 23.) Nec Deus Adamo mortem comminatus est ob proni- tatem ad peccandum, sed ob actualem violationem præcepti eidem impositi: In quacunque (inquit) die comederis ex eo, morte morieris.

XXII. Contra tertio. Injuste infingitur pœna derivata ex culpa alterius ei, qui nullo modo cum ipso, vel in ipso pec- cavit, aut illius criminis participes est; ergo si Adæ Posteris secum non traheret Adæ culpam, nec cum eo, & in eo peccassent, injuste peccati illius effectus, ac pœnas portarent, & maxime extremo supplicio flaturerunt devoti in perpetuum posteri descendentes a parentibus læsa majestatis reis, nisi pa- rentum crimen, & labe, in omnes propagaretur, omnique ejusdem delicti consensu essent.

XXIII. Respondent tertio. Peccatum, de quo loquitur Pau- lus, non esse peccatum originale ex Adam in filios propaga- tum, sed peccatum actuale; quia per peccatum actuale Adæ- mi, seu quando Adam peccavit, peccatum actuale cepit esse in Mundo, quia Adam erat pars Mundj, & subinde in alijs. Ita Zuinglius l. de Bapt.

XXIV. Sed contra. Nam si hæc interpretatio valet, potius per Diabolum, qui omnium primus peccavit, peccatum introiit in Mundum, ut supra dicebamus. Quod si Zuinglius intelligat de Mundo corporali, cuius Angelus non est pars; nec etiam Adam primus peccavit, prius enim peccavit Eva, deinde ejus fructificatione peccavit Adam; ergo per Evam potius, quam per Adam, peccatum in Mundum intrasset.

XXV. Confirmatur dicta ex S. Aug. lib. 4. contra duas Epist. Pelag. cap. 4. ubi Pelagianos perstringit sic primo. Pel- agiani quomodo dicunt, solam mortem ad nos transisse per Adam? Si enim propterea moritur, quia ille mortuus est; illa autem mortuus est, quia peccavit: pœnam dicitur transisse sine culpa, & innocentes parvulos injusto supplicio punire, tra- hendo mortem sine meritis mortis. Secundo. Ibidem post multa: Ut enim (inquit) ait Apostolus: Per unum hominem peccatum intravit in Mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit: isti colunt intelligi, non peccatum pertransisse, sed mortem. Quis enim ergo, quod sequitur, in quo omnes peccaverunt? Aut cum in illo non homine peccasse dicitur omnes Apostolus, de quo dicitur, peccatum intravit in Mundum; aut in illo peccato, aut certe in morte... Quodlibet ergo ali- quod aut enim in illo homine peccaverunt omnes, & ideo dicitur esse, quoniam quando ille peccavit, in illo erant omnes; aut in illo peccato peccaverunt omnes, quia generavit omnium factum est, quod nascendo trahitur erant omnes; aut restat, ut dicatur, quod in illo morte peccaverunt omnes. Sed hoc quemad- modum posse intelligi, non plane video. In peccato enim me- morantur omnes, non in morte peccant. Nam peccato precedente mors sequitur, non morte precedente peccatum. Sicut venenum si bibitur, appellatur peculum mortis, quod ex piculo facta sit mors; non quod morte sit piculum factum, aut a morte sit- rum. Quæ Augustini dicta bene notanda sunt, omnes enim Contrariorum evasiones præcludunt.

XXVI. Secundum ex novo Testamento pro hac Catholica veritate argumentum sumitur ex eodem Paulo 2. Corinth. 5. v. 14. & 15. Si unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mor- tui sunt; & pro omnibus mortuus est Christus. Quibus relatis; Nega igitur (inquit August. Juliano l. 6. c. 9.) Christum esse pro parvulis mortuum, ut eximias eos de numero mortuo- rum, hoc est de consilio peccatorum. Qui fieri potest, ut res arbitrii conditionem seminum miscetur? Si fieri non possit, non efficit, unde parvulus nondum de corpore egressus mortuus dicitur- mus. Quia si Christus & pro ipse mortuus est, ergo & ipse mor- tui sunt: quoniam si unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt. Anulise Juliano? Hæc Apostoli verba, non mea sunt.

XXVII. Tertium ex eodem deponitur ad Ephes. 2. v. 3. Et eramus natura, hoc est a nativitate, & origine, sicut ita, hoc est ite divine obnoxii, propter peccatum, quod cum na- tura traxit ex Adam: Sicut & ceteri ex Adam prognati gentiles. Super quæ D. Th. lect. 1. Eramus (inquit) natura, id est per originem natura, non quidem natura ut natura est, quia sic bona est, & a Deo, sed natura ut vitiosa est. Filii ite, id est vitiosissimi, pæna, & servitus; hoc sicut ceteri, id est gentiles. Hoc testimonio de victum fatetur Calvinus ipse in Comment. hujus loci dicens: Lotus est insignis adversus Pela- gianos, qui tunc peccatum originale negant. Nam quod natura- liter inest omnibus, id certe originale. Naturaliter vero non omnes damnationis obnoxii Paulus docet; ergo peccatum in nobis heret, quia Deus non damnat innocentes. Pelagianis cavillaban- tur, peccatum ab Adam in universum humanum genus propa- gatam esse, non originem, sed imitationem: sed Paulus nos cum peccato signi restatur: quemadmodum serpentes suum venenum ex utero afferunt.

Quia vero Pelagianis reponant, vocem græcam, pro quo-

not habemus natura, etiam significare, profer, vel omnino; respondebat S. August. lib. 6. contra Julian. c. 10. Quod au- tem dicit, ubi ait Apostolus natura filii ite posse intelligi profusum filii ite, nonne hic admoneri debuit, antiquam contra vos defendi Catholicam fidem, quia non fere invenitur latinus eodem, si non a vobis nunc incipitis emendari, vel potius in Mundum manari, ubi non natura sit scriptum? Quod utique ca- vere debuit Interpretum antiquitas, nisi etiam hæc hoc esse antiquitas, cui vestra capis resistere novitas.

S. III.

Eadem veritas probata ex Concilio.

XXVIII. A. Udito errore Pelagij, quid egerit Ecclesia contra illum, descripsimus superius Tract. de Præst. q. 3. dñb. 1. S. I. n. 2. 3. Et Damatus Cælestus Pelagij discipulo anno 412. in Concilio Carthaginiensi sub Aurelio, atque in Orientem (quo pariter se receperat Pelagius) profectus, ibi erorem sui Magistri edito libro divulgare cepit. Quo commoti Antistites Palæstine duplicem Synodum eodem anno 415. Jerosolymis unum, Diopolim alterum convocarunt, cui Episcopi 15. interfuerunt, Utriusque meminit S. August. lib. de Gestis Pelagij. Utrique altit compulsi Pelagius; capita errorum ei objecta fuerunt. Negavit ille, quæ sibi opponen- tur de peccato originali, sua esse, nempe, quod peccatum Adæ ipsum solum leserit, & non genus humanum. Quod insu- per nuper nati in eo fassa sunt, in quo Adam suo ante prax- riationem &c. Quamvis tamen a se non dicta, tamen se anathematizare protulerit et his verbis (ut in Actis ejusdem Synodi r. r. Concil. Harduin. col. 2011. Reliqua vero, & secundum istam testimonium, a me illa non sunt pro quibus ego satisfactore non debui. Sed tamen ad satisfactionem Sanctæ Synodi anathematice est, qui se tenent, aut aliquando re- nunturæ. Ita Pelagius. Cumque nullus esset, qui ejus menda- cium detegeret (satisfactores, qui de illo libellum dederunt, quoniam ad diem Synodi non pervenerunt, ut ait S. Augustin. l. 2. Retract. c. 47.) sicut ejus ejectione decepti Antistites, dogma quidem condemnarunt, sed Pelagij personam Catho- licæ sentire hoc decreto declararunt: Nunc quoniam satisfactio est nobis profectio nobis presentis Pelagij Monachi, qui quidem isti delictis consensit, contraria vero Ecclesie fidei re- probat, & ana thematice, communioni: Ecclesiastica eam esse, & Catholica confirmetur.

XXIX. Hac eadem deceptione se primo decernat factus S. August. l. de peccato Orig. c. 14. adeo enim faciles Judices Pa- tristicos, ut sibi ab hæretico fucum fieri inciperent, non exillim- puit, sum tamen deceptionem, cum Pelagij libros legit, agnovit. Quod autem (inquit) scitis, & quod in eo etiam li- bro posuit, quomodo de gestis Pelagij: ad venerabilium sanctorum nostram Aristidem scripsit, illa ego responsione Pelagij, eorum istam questionem consumptam esse credebam; consiliumque mihi aperit- sime videretur, esse in parvulis originale peccatum, anathema dicens eis, qui peccato Adæ ipsum solum, non etiam genus hu- manum crederent lesam... Sed postea cum legissem quatuor ejus libros... & invenissem, hominem adhuc contra Catho- licam fidem de parvulis sentientem; et plus mirari capere tam impu- dentem in Ecclesiastico judicio, & de tanta questione mendacium. Et post multa: In eisdem quippe libris, & contra peccati ex- Adam in parvulis transtrum loquitur, & de gestis Palæstinae Syn- nodi gloriatur; ubi est, qui se tenent, veraciter damnosa pun- tus est, & absolutioem fallendo servavit est.

XXX. Pelagij fraude detecta Africanæ Præfules Carthagine Congregati litteras dederunt ad Innocentium I. Papam anno 416. quo eodem anno celebrarunt Concilium Milevitanum secundum (quod totius Africæ Plenarium ab alijs dicitur) cui S. Augustinus interfuit; & ex quo ad præfatum Innocentium una cum alijs Episcopis litteras dedit. In ejus Canone 2. ita statuitur: Placeat, ut quicumque parvulos venientes ab utero ma- trum baptizandos negat, aut dicit in venissem quidem pecca- tum eum esse baptizari, sed nihil ex Adam trahere originale pecca- tum, quod regenerationis: laqueo expiatur, unde si consequent, ut in eis genera Baptizantur in venissem peccatum non vere, sed false intelligitur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus: Per unum hominem peccatum intravit in Mundum... nisi quemadmodum Ecclē- sia Catholica ubique diffusa semper intellexit.

XXXI. Idem sanxit Concilium Arauficanum II. anno 529. Can. 2. statuens: Si quis sibi Adæ praxaricationem suam, & non ejus propagini asserit necessariam; aut certe mortem tantum cor- poris, quæ pœna peccati est, non autem & peccatum, quod est mors anima per unum hominem in omne genus humanum trans- misse restatur, injustitiam Deo dabit contradiens: Apostolo dicen- ti: Per unum hominem peccatum intravit in Mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Quibus hoc Concilium prævenit, ac prædiximus etiam errorem Zuinglij, & recentiorum Socinia- norum, qui ut supra vidimus, nomine peccati, quod per unum hominem in Mundum intravit, intelligunt mortem corporis, & alios effectus peccati, non vero peccatum ipsum.

Hinc errorem conficit tandem Trid. sess. 5. quod repetens, & innovans Decreta Conciliorum Milevitanæ, & Arauficanæ Can. 2. Si quis (inquit) Adæ praxaricationem sibi sibi, & non ejus propagini asserit necessariam, & receptam a Deo sanctitatem, & iustitiam, quæ perditio, sibi sibi, & non nobis etiam cum perdidisset, aut iniquitatem illam per inobedientiam peccatum mor- tem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transmi- disse, non autem & peccatum, quod mors est anima, & anathema sit; contra dicitur: Apostolo dicens: Per unum hominem &c. Ceteri Theol. Tom. I.

S. IV.

Eadem veritas probata ex Patribus.

XXXII. Q. Uod peccatum primi Parentis traducitur per ori- ginem in ejus Posteris, ideoque illi in peccato originali nascuntur, probat S. August. l. 1. contra Julian. c. 3. auctoritate Patrum Irenæi, Cypriani, Reticii, Olympij, Hila- rii, Ambrosij, quorum textus ibi adducit. Inde cap. 4. ad Ju- lianum convectus: I nunc (inquit) & mihi obici originale pec- catum, & similia ab istis, sicut se respice quid dicat; & San- ctæ Ecclesiæ res sanctissimæ Debituræ, qui vita optima gesta, debellatque futurum temporum erroribus, gloriosissime de hoc sa- culo antiquam vos ebulitionis, exterrunt, velut eis non visis, in me impetum faciens, & velut nesciens, & velut nesciens, tamquam securus insulsa. Deinde provocato Ju- liano, ut respondeat Innocentio I. Rom. Pontifici. Huic res- ponde (inquit) immo ipsi Domino, cujus ille Antistes natus est testimonio, & sic, unde imago Dei sui capiti supplicio pu- niatur, ut vita privetur, si peccatum a nascendo originale non trahitur. Quia vero familiaris Pelagianorum calumnia erat, consistentes peccatum originale veluti Manichæos traducere, subdit: Sed quid dicat; aut quid respondeat, qui etiam scripturam audeat Innocentium, non audebit tamen Christum dicere Mani- chæum? Inde cap. 5. præfatis Patribus addit Gregorium Na- zianzenum, Basilium, & alios Orientales Episcopos quatuordecim, a quibus se dampnari timens Gregorius, quamvis fraudu- lenter, anathematizavit tamen eos, qui dicunt, quod peccatum Adæ ipsum solum leserit, & non genus humanum &c. ut superius vidimus cap. 6. prædictis adjungit S. Jo. Chrysofostomum, & cap. 7. S. Hieronymum.

Ipsæ vero S. Augustinus hoc fidei dogma strenue propu- gnavit tribus libris de Peccati merito, & remissio, uno de pec- cato originali; duobus de nuptiis, & concupiscentiis; sex contra Julianum quatuor contra duas Epist. Pelagianorum; & alibi passim. A præfatorum ergo testimonio adducendis abstinere, quia ea apud Aug. lib. 2. contra Julian. citatis capitibus lo- gere Studiosus poterit. Quia vero adeo explorata est in hoc dogmate Augustini mens, cum nihil in eo frequentius; pro- pterea in ejus auctoritatibus adducendis, præter jam dicta, ju- dico superfluum immorari.

XXXIII. Præter Patres a S. Augustino relatos, & apud ipsum videndos, asseri possunt primo Iulianus, qui Dialogo cum Triphone dicit. Christum non ideo venisse ad Baptisimum in Jordane, quia vel Baptismi lavatione, vel advenit Spiritus Sancti ei opus esset: Sed humani generis causa, quod per Adam in mortem, & fraudem, seductionemque persequi concide- rat: ut iterum propriam pro se nungue agerent culpæque culpa- tum carcerem. Quibus non solum homines creditur purgari per Christum a culpa admitti, & propria, sed ab illa, in quem totum genus humanum per Adam incididerat.

XXXIV. Secundo Tertullianus originale peccati variis in locis testis est, l. de Testim. anima c. 3. Diabolum vocat mar- titia Angelum, pro quem homo a primordio circumlocutus, ad præceptum Dei excederet, & propterea in mortem datus, exinde totum genus de suo semine infectum, sua etiam damnationis tra- ctantem fecit. Lib. de Resurrectione, carnis capit. 34. In primis (inquit) cum ad hoc venisset se dicit (Christus) sine quodquod periret, salvum faciat, Quis dicit, perisse? hominem sine dabitur, an ex parte? utique totum. Si quidem transgressio, qua perditionis humana causa est, tam animæ infirmitas ex concupiscentia, quam & carnis actus ex degeneratione commissa totum hominem elegit transgressio infirmitatis, atque exinde merito perditionis implevit. Totus inique salvus fiet, qui totus perire de- linquendo Idem fertur l. de Carne Christi cap. 16. & l. 17. de lib. 5. adversus Marcionem cap. 17. Apparet communi natura ho- minum, & delicta, & concupiscentia carnis, & incredulitas, & iracundiam deputari. Diabolo tamen captato naturam, quam & ipsa suam fecit delicti semine illato.

XXXV. Tertio Origenes Homil. 8. in Levit. & Rom. 3. in Canonic. Homil. 14. in Lucam peccatum originale expresse fate- tur. Et lib. 6. in epist. ad Romanos: Omnes (inquit) nos ho- mines, qui ex semine viri cum muliere concubuitis concepti fu- imus, illa necessaria utimur vasa, quam dicit David: Quoniam in iniquitate concepti est mater mea. Verum qui ex nulla viri concubione, sed solo Spiritu Sancto super Virgine unigenit, & virtute Altissimi obumbrante venit ad corpus immaculatum, na- turam quidem corporis nostri habuit, pollutionem tamen peccati, quæ ex concupiscentia mortu concepti traditur, omnino non habuit.

S. V.

Probatum ratione Theologica.

XXXVI. Ad probandum existentiam peccati originalis ratio- nes quidem naturales non adfunt; rationes tamen Theologicæ, supposita fide, Patribus non desuerunt.

Prima est, quam S. August. lib. de peccato. Origin. c. 30. produ- cit. Circumcisio fuit olim sub tanto terrore a Deo impre- dita, ut anima illa esset de populo Dei peritura, cujus impru- titi caro circumcisio non fuisset; peritura, inquam, & damna- tione non temporalis, sed æterna, ut supra ostendimus; ergo cum Deus hominem perdendum non minueret, nisi ob culpam, anima illa non pronunciabatur peritura de populo Da- vid, nisi ob aliquam culpam. Porro quam culpam puer vitæ naturæ propria voluntate commiserat, ut alio negligente, & cum non circumcidente, puniendus esset damnationis tam severa? Fatendum igitur est, aliquid aliud peccatum habuisse, ratione cu- L I a Jus



de laborant, seu terrant, nisi essent veteris illius peccati obliquatione confritti.

LVI. Vindicat tertio S. Jo. Chrysofomus a Pelagiani erroris suspitione S. Augustinus ex Homil. 10. ad Roman. ubi exponens Chrysofomum illud Pauli: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, dicit primo: Illo peccato contaminata esse omnia. Et sic illud peccatum distinguit a ceteris peccatis commissis. Et sic illud peccatum distinguit a ceteris peccatis commissis. Et sic illud peccatum distinguit a ceteris peccatis commissis.

LVII. Nunc respondendum est iis, quae ex Chrysofomo olim Pelagiani, nunc Sociniani opponunt. Ad primum ex homil. ad Neophylos respondet S. Augustinus. l. 1. contra Julian. c. 6. citato, Chrysofomum dicere, parvulos non esse iniquitatis peccato, seu verius secundum graecum textum peccatis, vel peccata non habentes, nimirum propria. Comparat ergo (Arminianus) in Baptismo, dicit, illos non habere peccata, non sicut verba ipsa ipse posuit, non coninguntur esse peccato, ita S. Augustinus. Dico etiam legendum esse, non peccatis, sed peccato; exponi debet de peccato proprio, & personali, quo comparat ad adultos carent parvuli. At inquit: Cur Chrysofomus non addidit proptio? Respondet S. August. lib. 1. contra Julian. cap. 6. Cur parvulus, nisi quia disputans in Catholica Ecclesia non se aliter intelligi arbitrabatur, tali quaestione nullas pulsabat, vobis nondum litigantibus securus loquebatur? Quamvis si attendatur editio Basilee Erasmi 1530. omnis difficultas tollitur. In ea enim non legitur: infantes baptizamus, cum non sint coninguntur peccato, sed, infantes baptizamus, ut non sint coninguntur peccato.

LVIII. Verum, ut de mente Chrysofomi omnis scrupulus tollatur, observandum est, quod in eadem homilia subjungit, nempe: Venit semel Christus, invenit nostrum chirographum patrum, quod scripsit Adam. Ille initium induxit debiti, nos fecimus maximas posteritatis peccatis. Nungula (inquit Augustinus) conueniens fuit dicere, paternum chirographum, nisi adderet, nostrum: Ut scilicet, aequum scilicet peccati nostri posteritatis augeremus, jam illius chirographi paterni ad nos delictum pertineret.

LIX. Ad secundum ex homil. 10. ad Rom. jam constat ex dictis. Chrysofomum ibi aperte peccatum originale coniteri, cum dicit, suo peccato omnia contaminasse. Igitur verba haec in objectione laudata continent potius objectionem Judaeorum a Sancto Paulo confutatam, quam Chrysofomi sententiam. Cum enim aduersus Judaeos S. Paulus probet, Christi iustitiam in omnes homines derivari, & ejus obedientia multos iustos constitui, nec id Judaei capere possent, rem illustrat exemplo Adami, cuius delictum multi mortui sunt, & illius inobedientia peccatores constituit. Sed quia poterat opponi: quomodo unius inobedientia alii constitui possint peccatores; invenitur enim sic nec penam quidem debere, qui talis fuerit; siquidem non ex seipso peccator extiterit. Chrysofomus respondet, Paulum cum inobedientia unius dixit multos constituisse peccatores, peccatorum nomine intellexisse supplicio obnoxios, ac mortis reos, & in eo iteque Apostolum; nec de causa illius debiti fuisse locutum, nempe de peccato. Tum quia de eo satis fuerat locutus. Tum quia ad objectionem Judaeorum solvendam necessarium non erat. Nam, inquit Chrysofomus, aduersus Judaeos constituta poena est ambiguitatem, ac desiderantem, quam per unum iustitiam factam esse vult. Idcirco cum ostendit, & supplicium ex uno in omnes deriuatum fuisse, quia id de causa acciderit, nondum addidit.

LX. Ad tertium ex Homil. 29. in 1. ad Cor. Respondet, sensum S. Chrysofomi esse, quod non omnes mortui sint in Adam mortie peccati, a qua nunquam essent liberandi, & in qua in aeternum essent permansuri; alioquin nemo iustus fuisset, nec Noe, nec Abraham, nec Jobi. Comparatio autem inter Adam, & Christum, fiat in hoc, quod est omnes in Adam mortui sint morte animae, alii tamen liberantur per Christum, ne in aeternum moriantur: ita est omnes in Christo sint vivificandi, alii tamen aeternum mortem incurrent, ad differentiam mortis corporalis, quam omnes in Adam ita contraxerunt, ut nemo eam possit evadere. Et hoc est, quod ait: Nam sic hoc quidem dicitur esse de corpore, fiat quid dicitur. Sin autem de iustitia, & de peccato, nequaquam, id est omnes quidem morientur, si de morte corporis sermo sit; non tamen si de morte animae, & de peccato, quia alii mortem aeternam evadent.

LXI. Ad quartum ex Homil. 24. ad Ephes. dico, Chrysofomum ibi docere, prius peccatum fecisse, ut nobis corpus esset obnoxium corruptioni; nos autem per peccata, quae post Baptisum committimus, facere animam naturam incorruptibilem spiritualiter corrupti, corruptione non solum temporali, sed aeterna. Hoc autem quid contra peccatum originale? Non enim dixit Chrysofomus, quod prius peccatum induxit solum corruptionem corporis, & non animam, sed induxit cor-

ruptionem corporis, quod verum est. Ideo autem corruptionem animae prius peccatum induxit ibi non indicat; quia loquitur ad fideles iam regeneratos, adeoque a corruptione originali animae iam liberatos in quibus esse maneat corpus necessitati corruptionis subiectum, anima tamen, nisi superveniat propriae voluntatis peccatum, omnis corruptio nis expers est.

LXII. Objici secundo potest Theodoretus; qui in c. 5. ad Romanos ad omnes enim (inquit) homines mors pervenisse, quatenus omnes peccaverunt. Non enim propter primi parentis peccatum, sed propter suum, uniusquisque mortis decretum suscipit.

Respondet tamen, Theodoretum mentem non esse, excludere a singulis peccatum originis cuique proprium, cum dicit, quod omnes cum Adam peccaverunt: sed solum velle, unumquemque mortis decretum in se suscipere, non propter primi Parentis peccatum originis extrinsecus ipsi imputatum, sed propter suum, id est propter peccatum in unoquoque originatum, ceu ab Adam traditum, quod carnali propagatione uniuersumque proprium evadit, ut decernit Tridentinum Sess. 5. Neque oppositum arbitri potuit Theodoretus: cum ipsi certum esset, infantes debitum mortis suscipere, qui tamen nullo propriae voluntatis, seu peccato suo personali, adstricti tenentur.

Ceterum de mente Theodoretii dubitari non potest. Nam lib. 5. Hereticis fabul. seu divinum Decret. Epitome c. 11. Superius, (inquit) benignitatis beneficentia iustitiam. Iustitia namque dicitur, cum unus peccat, universum genus morti eradicat: divina autem misericordia, cum omnes homines essent sua maledictio, & peccati lingua essent irrevocata, per unius iustitiam dedit omnibus salutem. Et infra: Lex enim iustitiae omnes ad supplicium ducit: omnes enim peccatores constituit sumus; Si enim, cum unus peccasset, condemnatum est genus; multo magis iustus erat, eos, qui peccato subacti erant, supplicium subire.

LXIII. Possent etiam varia opponi ex commentario Arnobii Junioris in Psalmos: sed quam is Pelagiano errori fuerit adductus, nimis clare se prodit in praefatis commentariis nam in Psalm. 50. 77. & 139. negat peccatum originale. In Psalm. 90. & 108. statuit gratiam ex merito fidei, quae fides ex libero dumtaxat arbitrio audita probatione concipiatur &c. Hinc Arnobium alium esse ab Arnobio Rhetore, qui scripsit aduersus Gentes, eoque multo posteriori offendit Sixtus Senensis noxter lib. 4. Biblioth. Sanctae in Arnobio. A Gelasio enim in censura cum auctoribus quinti saeculi Cassiano, & Eusto commemoratur, & iustoque opuscula apocrypha declarantur, cum Arnobius Rhetor saeculo quarto vixerit; ille natione Gallus fuerit, ille Afer.

Ex Commentariis quoque in Paulinas omnes Epistolae sub nominibus Arnobii, & Hieronymi excusis fuit, possent argumenta contra peccatum Originale. Sed viris adhuc mediocriter doctis sufficienter iam innotuit, eos commentarios spurios esse, priores quidem Hilarii Sardi Secula Luciferiani, posteriores autem verosimiliter ipsius Pelagii. Plus ponderis habere videbuntur, quae sequuntur.

S. VIII.

Pelagianorum rationes.

LXIV. Objiciant primo. Seu verius improperebant Pelagiani Catholicis, quod assentes hominem carnali propagatione culpa infectum, convenirent cum Manichaeis carnem naturam malam afferentibus. Et rursum quod facerent Diabolum hominum nascentium conditorem: neque enim Deus vellet condere homines, ut sub Diaboli potestate redigerentur.

LXV. Sed respondit S. Aug. lib. 3. con. duas Epist. Pelagian. c. 9. negando sequelam. Non enim Catholicis dicitur, ex natura exordium fuisse peccatum, quod Manichaei dicebant, sed ex libero arbitrio, & ex illo vitiatam fuisse peccato naturam bonam. Homo enim dum nascitur, quia bonum aliquid est, in quantum homo est, Manichaeum redarguit, laudatque Creatorem: in quantum vero erabit originale peccatum, Pelagium redarguit, & habet necessarium Salvatorem. Nam & quod sananda dicitur ista natura, utrumque roborat: quia nec medicina opus haberet, si sana esset, quod est contra Pelagium: nec sanari posset omnino, si aeternum atque immutabile malum esset, quod est contra Manichaeum.

Hinc non facimus, Diabolum esse hominis conditorem, sed Deum, qui hominem fecit rectum; sed quia ipse relictus in manu consilii sui, suo arbitrio in Diaboli se tradidit potestatem, Deus iusto iudicio suo non facit quidem, ut sub Diaboli potestate sint omnes, qui semeliter ex Adam veniunt, donec per Christum renascantur. Audiamus S. Augustinum lib. 2. de Nuptiis, & concup. c. 29. Objiciat Pelagianus: In uno homine (adulto) iura vituperantur intentio, & origo laudatur, quia duo sunt, quae contrariis applicantur. In parvulo autem unum esse, natura tantum, quia voluntas non est. Illud ergo unum, aut Deo adscribitur, aut Demoni. Si natura per Deum est, non potest in ea esse originale malum. Si a Diabolo, nihil erit, per quod homo divino operi vindicetur. Perfecte itaque Manichaeus est, qui malum originale defendit. En Pelagiana doctrina.

Cui respondet S. Doctor laudato loco, retorquendo argumenti doctrinam in Adversarium. Audias (inquit) peritus adversus ista, quod verum est. In uno homine iura vituperantur intentio, & natura laudatur, quia duo sunt, quae contrariis appli-

applicentur; sed etiam in parvulo non est unum tantum, id est natura, in qua creatus est homo a Deo bono; habet enim & vitium, quod per unum in omnes homines pervenisse, sicut sapit Apostolus, non sicut desipit Pelagianus, vel Calixtinus, vel eorum quicumque discipulis. Istum inquit dicitur, qui in parvulo esse dicitur, unum adscribitur Deo, alterum Diabolo. Et quod utrumque propter unum bonum, id est propter virtutem, subijcitur potestate Diaboli ideo non est incongruum, quia non sit ipse Diaboli potestate, sed Dei &c. Et infra: Est itaque, per quod homo divino operi vindicetur, quia non esse homo, nisi divino opere creatus; malam autem non esse in parvulo, nisi voluntate primi hominis peccaverit. Et origo vitia peccatum tractantur. Non ergo, sicut ipse ait, perfecti Manichaeus est, qui malum originale defendit. Sed perfecti Pelagianus est, qui malum originale non credit. Hec Augustinus.

LXVI. Secundo objiciant, & erat infantia. Si carnali generatione traditur peccatum originale in genitum, jam damnum sine usui conjugii, utpote qui vel sit causa peccati, vel sit peccato exerceri non possit: sed hic erat alter Manichaeorum error; ergo &c.

LXVII. Resp. nego maj. Non enim ex usu nuptiarum sequitur per peccatum, nec dici potest, quod usus conjugii sit causa originalis peccati; quia etsi nemo peccasset, usus conjugii fuisset, quod peccatum sequeretur in prole: sed quod ex usu conjugii sequatur infectio peccati in prole, accidentaliter adiungitur ex alia causa, nempe ex voluntate primi hominis, quo peccante, peccatum omnes voluntates eorum, qui ex carnali propagatione erant nascituri, utpote in ejus voluntate contentae. Nec bonum accufari debet, quod undecumque ex eo sequatur malum, sicut nec malum excusari, quod ex eo interdum sequatur bonum. Ita corripit Pelagianus Augustinus l. 1. de Nupt. & concup. cap. 1. Nec aduersus (inquit) quod ita nuptiarum bonum malum originale, quod inde erubuit, fuerit in eis per Baptisum extirpatum, & fonticulus malum sicut peccati, sicut aduersus, & fonticulus malum sicut peccati, quod inde nascitur, non potest excusari. Nam sic peccatum, sicut hinc suo inde a parvulis trahitur, opus est Diaboli: sic homo, sive hinc, sive inde nascatur, opus est Dei.

Neque etiam damnae nuptiae sunt, quia conjunctum libidinem habent, sine qua exerceri non possunt. Nam morbus ille de nuptis non est, sed de peccato, cum enim solum post peccatum primi homines experti sunt & erubuerunt. Quare si in innocentia perseverantes nuptiarum usum habuissent, nulla libidinis turpidine laborescent. Quare discernendum est inter conjugium bonum, quod fuit ante peccatum, & concupiscentiam malum, quod ex peccato fuit. Prout (ait Aug. lib. 1. de Nupt. & concup. cap. 7.) Nuptiae quae etiam de illo malo aliquid boni factus, gloriantur: quia sine illo fieri non possit, erubescunt. Tamquam si quisquam pede vitiatum ad aliquod bonum etiam claudicans perveniat; nec propter claudicationis malum mala est illa personae, nec propter illius personae bonum bona est claudicatio: ita nec propter libidinis malum nuptiae condempnandae, nec propter nuptiarum bonum libidinem laudare debemus.

Porro quomvis actus conjugii sine concupiscentia motu perfecti non possit, non sequitur tamen sine peccato perfecti non posse, si ab ea non vincatur, sed eam vincat, & cohibeat. Illo quippe concupiscentia malo vitatur homo, non vincitur, quando eam inordinat, atque indecoris motibus abundanter frinat, & cohibet; neque nisi propter illius consensum relaxat, atque adhibet, ut spiritualiter regerentur carnaliter signat, non ut spiritum carni servidum servitute subijciant. Ita S. August. laudatus cap. 8. ponens exemplum in Sandis Patriarchis.

LXVIII. Quod si petas. Quare tamen hinc non sequitur, vel quod is, qui generat, peccet, utpote dans operam rei, ex qua necessario, & infallibiliter sequitur peccatum in prole: vel quod Adam semper peccet, quando aliquis homo ingignitur, cum ex actu, quom fecit, sequatur peccatum in eo, qui generatur.

Respondetur neutrum sequi. Non prius, quia peccatum non sequitur per se ex vi generationis, sed ratione mali actus sui capitis. Non posterior, quia traditio peccati in eos, qui generantur, non est amplius libera Adamo.

LXIX. Colliges ex dictis, peccatum originale multo minus refundi in Deum Conditorum. Ut enim distinguit S. August. lib. de Peccato origin. c. 33. duo in hominis procreatione consideranda sunt, nempe natura, & vitium naturae: Simul autem (inquit) utrumque propagatur & natura, & natura vitium; quorum est unum bonum, alterum malum. Illud de Conditore largitate sumitur, hoc de origine damnatione arrahitur; illi est causa bona voluntas Dei summi, huic mala voluntas hominis primi, illud indicat Deum creaturam instituatorem, hoc indicat Deum inobedientiam puniorem. Denique idem ipse Christus propter illud credendum factus est hominis, propter hoc sanandum factus est homo. Ita pulchre S. Doct.

LXX. Tertio objiciant, & adhuc instabant. Apud D. August. lib. 2. de Nupt. & concup. c. 18. Non peccat iste, qui nascitur (est enim infansulus) non peccat ille, qui genuit (cum legitimi conjuges possent absque peccato liberos procreare) non peccat iste, qui condidit: per quas ergo rimas inter eos praesidia innocentiae, peccatum hinc ingrepsit?

Ita objiciunt respondit S. August. laudato loco, negando consequentiam. Peccatum enim originale intrat per peccatum primi hominis. Quid quis? (inquit Augustinus.) Latentem vimam, cum habetis spiritum sanctum? Per unum hominem, ait Apostolus, unius delictum, ait Apostolus, per inobedientiam unius hominis, ait Apostolus. Quid quis amplius? Quid quis aperit? Quid quis inculcat?

LXXI. Quarto objiciant. Peccatum si ex voluntate est; ergo voluntas mala est. Si ex natura; ergo natura mala est; non enim potest arbor bona fructus malos facere.

Cito respondeo (inquit Augustinus. l. 2. de Nupt. & conc. c. 23.) Ex voluntate peccatum est. Quare forte, utrum & originale peccatum? Respondeo; propterea & originale peccatum: quia, & hoc ex voluntate primi hominis seminatum est, ut & in illo esset, & in omnes transferebat. Inde conversus ad Adversarium, Quare (inquit) ab illo, at, si potest, respondet. Sicut manifestum est, ex voluntate mala, tamquam ex arbore mala, fructus ejus fieri omnia opera mala, sic ipsam voluntatem malam, id est ipsam fructuum materiam arborem malam, unde dicitur: exoriam, Si in Angelo: quid erat iste Angelus, nisi bonum opus Dei? Si ex homine: quid erat ipse homo, nisi bonum opus Dei? Immo quia voluntas mala Angelo ex Angelo, ex homine homini ora est; quid erat hoc duo antiquum in eis ista mala orientur, nisi bonum opus Dei, & bona, atque laudanda natura? Ecce ergo ex bono oritur malum, nec fuit omnino, unde viri potest, nisi ex bono. Nec ideo tamen ex bono potest oriri voluntas mala, quia bonum factum est a bono Deo; sed quia de nihilo factum est, non de Deo.

Quia vero Adversarius instabat, Si natura opus est Dei, per opus Dei opus Diaboli transire non potest.

Quare S. Doctor. Nunc opus Diaboli, quando primum in Angelo, qui Diabolus factus est, oritur est, in opere Dei oritur est? Quapropter si malum, quod omnino nusquam erat, in Dei opere oriri potuit: cur malum, quod aliquid jam erat, per opus Dei transire non potuit, praesertim cum ipse verbo usatur Apostolus, & ita in omnes homines pertransit? Numquid homines non sunt opus Dei?

LXXII. Quinto objiciant. Nemo transfundere in alios potest, quod non habet in se: sed parentes, plerumque non habent amplius peccatum originale, quando generant, cum fuerit in eis per Baptisum extinctum; ergo non possunt illud transfundere in filios.

Confirm. Parentibus ad fidem conversis, & baptizatis nihil obstat peccata propria; ergo minus obicit eorum filiis peccatum alienum, Nam Deus, qui dimittit peccata propria, multo magis dimittit aliena.

LXXIII. Respondet S. Th. 1. 2. q. 81. art. 3. ad 2. Quod peccatum originale per Baptisum auferitur restat, in quantum anima recuperat gratiam quantum ad mentem, remanet tamen peccatum originale actu quantum ad fontem, quod est inordinatio partium inferiorum animae, & ipsius corporis, secundum quod homo generat, & non secundum mentem; & ideo baptizati traduntur peccatum originale. Non enim parentes generant, in quantum sunt renovati per Baptisum, sed in quantum remanent adhuc aliquid de veritate primi peccati. Eodem modo.

Respondet S. August. lib. 3. de Peccat. merit. cap. 8. & 9. Quod non habet in se, nec formaliter, nec virtualiter, concupiscentiam, & ut causa est, in se formaliter, habet tamen virtualiter in se formaliter, & in ratione particularis personae, concupiscentiam, & ut causa generationis sunt, nego min. & conseq. Homo igitur baptizatus, & regeneratus, non generat prolem secundum id, quo regeneratus est, id est secundum solutum, quem accepit in Christo, sed secundum id, quo generatum est, id est secundum carnem, quam accepit ab Adamo infectam. Unde quomvis in se mundus sit, quia tamen semen ab Adamo derivatum, & concupiscentia naturae corruptae, quae sunt instrumenta generationis, immunda sunt, ideo transfundunt immunditiam in prolem. Si enim, quomvis parentes Christiani sint, & fideles, non sequitur, quod filii eorum sint Christiani, & fideles, quia non generant quantum Christiani, & fideles sunt, sed quantum homines sunt: ita quomvis ab originali mundi sint, non sequitur, quod filios generent ab originali mundatos.

Ita S. August. laudato loco c. 8. dicens, quod si tibi causa esset aduersus eos, qui omnino parvulos baptizari prohibent, aut superfluo baptizari contemnunt dicentes, eos ex fidelibus nato parvulum meritis necessario consequi, ad eos convincendos laboriosus, & operosus excitari deberet. Sed quia contra Pelagianos, qui parvulos etiam baptizatum, baptizandos esse fitebantur, illi res erat, minori difficultate revincuntur. Nunc vero (inquit cap. 9.) quandoquidem eum ego agimus, qui constituitur baptizatorum filius baptizandus, quantum molius sit agimus, ut dicamus, nos, qui avertis de hominibus a peccati labo mundatis sine peccato nasci filios debuisse: cur non attenditis, eo modo vobis posse dici, de Christianis parentibus Christianos nasci filios debuisse? Cur eos Christianos fieri debere censitis? Numquid in eorum parentibus corpus Christianum non erat, quibus Adamus est? Nescitis, quia corpora vestra membra sunt Christi filii? forte corpus quidem Christianum de Christianis parentibus natum est, sed non Christianam animam accepit. Hoc vero nullus est mirabilis... Quid respondebitis, quare de Christianis non Christianus nascitur, nisi quia non facit generatio, sed regeneratio Christianus? Hanc igitur vobis reddite rationem, quia similitudo Christianus non nascendo, sed omnia renascendo mundatur. At per hoc de hominibus ideo mundatis, quantum renatis, homo, qui nascitur, renascitur, ut etiam ipse mundatur. Returrit enim parentes ad peccata transmittunt, quod ipse minime habuerunt, non solum sicut frumenta paleam, & praeparatum circumcisum; sed etiam, quod & vos dicitis, fideles infidelitatem in posteris efficiunt, quod non est jam illorum per spiritum regeneratum, sed quod in carne generati sunt mortali semine vitium. Nam utique quos parvulos, per Sacramentum fiduciam, fideles facientes esse Judicatis, infideles natos ex parentibus fidelibus non negatis.

